

SENECAE
CVRRICVLVM VITAE!

CAESAR ARTEM SVAM
ITERVM PRAEBEBIT!

ROMAE SOL NVMQVAM
SPLENDERE DESINET!

LVDI CERERIS
INCIPIVNT!




IVS AVREVM



Acta diurna quae vos non decipiunt!

MORTVVS IN BALNEO

PHILOSOPHVS CLARISSIMVS MORTVVS REPERTVS EST



Hodie mane nuntius venit tristissimus Lucium Annaeum Senecam, philosophum fama notissimum caesarisque ipsius magistrum, in balneo suo sensu ac vita carentem esse repertum. Sanguis ubique fusus est. Venae in corpore Senecae non solum in brachiis, sed

etiam in cruribus et poplitibus apertae sunt. Pompeia Paulina, philosophi uxor, ipsa semimortua non potuit diurnariis nostris quidvis dicere. Iterum iterumque haec verba tantum dictabat: „Non vitae, sed scholae discimus.“ Quod nemo intellexit. Omnia signa mon-

strant Senecam se ipsum secuisse. Cur ita fecit? – Uxor infidelis? Lucilius improbus? Discipuli indociti? Amor (philosophiae) infelix? Memoria Corsicae? – Nemo umquam sciet.

Ars longa, vita brevis
Interrogavimus caesarem

nostrum, quid de morte magistri sentiret. Ille vero partim ridens, partim lacrimans exclamavit: „Ars longa, vita brevis!“ Seneca nihil nisi imaginem vitae suae uxori ceterisque familiaribus testamento reliquit. (-aphr-)

MIRABILIA MVNDI SIVE CHRONICA NIGRA



Delphis auriga clarissimus spoliatus est equis! Factum est hoc modo: Auriga heros certamen vicit, in quo manum sinistram amisit (equa rivalis iuxta eum currens manum

devoravit). Tamen ille primus ad finem pervenit. Caput vertit ad fautores et in manu dextra habenae tantum vacuae remanserunt. Si quis duos equos, album et nigrum, quibus nomina sunt Plato et Herac-litus, invenerit, praemium maximum obtinebit.

Delphis puella in arborem mutata est ante oculos patris! Pater percussus tacet et in flumine latet. Loco

illo lyra inventa est, supra locum corvus volabat. Vigiles omnia investigant.

Spartae puella cynum coivit. Puella zoophiliae accusata est. Cyenus evanuit.

In quadam insula maris nostri aliquis nocte virum ingentem clam mutilavit. Oculum eius unicum (mirabile dictu!) elisit. Vir ipse ingens neminem id fecisse autumat. Vigiles ergo causam deposuerunt.

Apud Colchos furtum factum est! Rex eorum vellere aureo, cuius pretium innumerabile est, spoliatus est. Suspiciosi sunt regis filia et amasius eius peregrinus. Vigiles vestigia eorum sequuntur.

In silvis Graeciae apud fontem evanuit adulescens formosus. In fonte vigiles subaquarii nihil invenerunt. Herbarii autem in ripa florem omnino ignotum flavum pulcherrimumque reppererunt. (-*nympha*-)

Praeconium commerciale



CERERIS LVDI

Ludi hodie incipiunt, inter quos omnes cives Romani ventres suos abundanter implebunt.

Cererem nostram colemus iam hora octava, cum pompa ducetur in Circum Maximum. Ludi tum agentur usque ad a. d. XIII Kal. Mai. Tunc parate



et vulpes et faces. Nolite oblivisci tunicarum albarum. Erit spectaculum iucundissimum. (-*poly*-)

ZODIACI PRAEDICTIONES

Venus intrat in coniunctionem cum Marte, quod re vera saevissimum ferocissimumque erit et multa sive iucunda sive infesta fient. Mercurius quoque ascendens aliquid certe faciet, quamquam nescimus quid. Tamen haec dici possunt:

Aries

Pecunia maxima vos expectat! At nolite domi sedere, debetis felicitati obviam ire.

Taurus

Tauri bene comedent, bene dormient, bene se habent, nam iis Mars favet.

Gemini

Gemini se separabunt et deinde iterum ad se redibunt.

Cancer

Cavete, cancri, difficultates valetudinis, quae manu vestra effici possunt!

Leo

Leones, uxor fidem vestram violat et lanium convenit. Necessae est conveniatis lanii uxorem aut lanium ipsum.

Virgo

Venus vos odit, itaque melius est domi sedere, fenestras claudere, semper tacere et meliora expectare.

Libra

Librae deliberare debeant, utrum domi maneant an liberi iter peregrinum faciant. Utraque res malum finem habebit.

Scorpio

Scorpiones aliquem pungent et aliquis punget ipsos. Sed post omnia puncta sol iterum splendet.

Sagittarius

Optimum omnium est signum, sagittarii erunt fortes, viriles (et feminae), prudentes et opus praebebunt artis eximium.

Capricornus

Capricorni caveant, ne rixam habeant cum vicinis. Vicini enim validiores sunt.

Aquarius

Tempus est in cursum honorum intrare, et Venus et Mars et Mercurius vos adiuva-bunt. Mox iuxta Caesarem sedere potestis.

Pisces

Ubique eritis sicut pisces in aqua. Omnes vos diligunt, omnia vobis bene evenient. Nullus piscator apparebit. (-*nympha*-)

RIDEMVS CVM PVELLA „IVRIS AVREI“

Conveniunt duo milites Romani.


Miles primus: Quot puellas seduxi? Quid putas?

Miles alter: Mmm?

Miles primus: Delirasne?

Non tam multas...

(-*nympha*-)




LVCIVS ANNAEVS SENECA

*DCCXLIX a.V.c, Cordubae (Hispania) †DCCCXVIII a.V.c, prope Romam

MAGNI MOMENTI PHILOSOPHVS STOICVS, POETA ET VIR POLITICVS, FILIVS SENECAE RHETORIS

Natus inter Hispanos Romae primum munere oratoris atque advocati fungebatur. Anno DCCXCIV a.V.c. propter causas quasdam ignotas in exilium in Corsicam expulsus est. Quod aegre tulit. Post reditum magno cum gaudio magister caesaris nostri optimi factus est. Quem tali modo ad omnis generis artes formavit, ut nemo umquam melior poeta, cantor, artifex factus sit. Cum caesarem Seneca hoc modo erudivisset, ad villam suam rusticam abivit.



Ibi multos libros conscripsit praesertim *Dialogorum* et de *Quaestionibus naturalibus*, sed etiam epistulas exaravit multas cuidam Lucilio dicatas, in quibus de moribus Romanorum narravit. Alia opera, quae minoris sunt momenti nec tam bene ab auctore scripta, tacebimus. Vita Senecae verisimiliter non erat beata, nam multas quoque tragoedias composuerat, quae eum fortasse ad mortem perduxerunt. (-aphr-)

CAESAR: IN AERE

Caesar noster iter igneum artisque plenum parat! Hac occasione variis locis varia semper genera artium monstrabit, tali modo:

Romae (a. d. XVII Kal. Aug.): ante statuum suam magnificam carmen suum recitabit De Illo novo (iterum)

Neapoli (a. d. IV Kal. Aug.): ante sepulcrum Vergilii admirando in modo tacebit silentio caesariano artis plenissimo



***Athenis** (Id. Sept.): munere pantomimi fungetur in acropoli (*liberi prohibiti, nam ultima in parte verisimiliter nudatio pantomimi fiet)

Alexandriae (a. d. VII Id. Oct.): in Pharo insula canet laudes sui prosperiore lyra

Karthagine (a. d. XII Kal. Dec.): saltabit in Byrsa Punica partes Didonis Karthaginensis agens

Venite omnes! Nisi veneritis neque plauseritis, sine dubio detrimento vobis erit! (-tig-)



Nescio, quid scriptores nostrae aetatis censeant de lectore Romano. Quomodo possunt nobis tale opus proponere, quale nunc omnes bibliopolae praebent? Auctorem non nominabo, ne de fama eius detraham, at omnes eum novistis. Quid ergo est? – Primas partes adulescens quidam agit, qui potius mares quam feminas amat. – Vae nobis! – Est puer turpis, pravus, inhonestus. – Talesne volumus adulescentes Romae? Re vera? – Videtur fortasse doctus, attamen nugae semper profert et cum aliis adulescentibus modo flagitioso loquitur. Praeter eum, in contrario, est in libro vir quidam bonus, dives, qui res suas bene curat, amicos habet honestos et bene pudiceque educatos, quos ad cenam libens invitat. Hic autem vir semper ludibrio habetur, semper ridetur, semper vituperatur. Pro pudor! Auctor ergo bonos Romanos minimi aestimat, malos vero laudat. Nolite ergo eius librum emere! Non decet populo Romano, non decet imperatori. (-tig-)

DOMVS AVREA: STATUS QVO

Ut omnes una cum caesare gaudeamus, inspiciamus, quomodo fabri opus eius aureum construant. Iam iam ad finem appropinquant, iam iam caesar dicere potest se quasi hominem tandem habitare coepisse:

Stagnum iam paene formam maris habet. Circum id iam duo ex quattuor aedificiis inveniuntur, quae speciem urbis habent. Viticolae iam LVII milia stirpium vitis advexerunt. Aliquis autem furatus est decem cervos

et quindecim vaccas, quae imaginem silvarum atque ruris fingerent! Et verisimiliter devoravit! Vae ei! Vigiles multo plures nunc iam ibi adsunt. In ceteris partibus cuncta auro lita, distincta gemmis conchisque iam sunt. Artifices erigere incipiunt machinam, cuius ope locus cenae perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumagatur.

Pulchrum erit. Omnes gaudeamus. Mox alios quoque nuntios apportabimus. (-tig-)

CANIMVS CVM CAESARE

Simplicitas rudis ante fuit, nunc aurea Romae et domiti magnas possidet orbis opes. Aurea sunt vere nunc saecula: plurimus auro venit honos, auro conciliatur amor. Tandem me coepisse habitare hominem quasi dico, nec deest mihi nunc aurea tanta domus. Aurea vox mea caelestisque per ora divina editur egregie, cantus ubique sonat. Aurea caesaries splendens atque aurea vestis sunt mihi cantori, sunt quoque tela mea.

Praeconium commerciale



AENIGMA

O QVID TVA TE
BE BIS BIA ABIT
RA RA RA
ES ET IN
RAM RAM RAM
I I

(-nympha-)

CAELI QUALITAS

HODIE

Ante meridiem terrae motus erit in Campania; post meridiem pluet in Britannia; In Aegypto omnis aqua fiet sanguis; Romae caelum serenum totum diem erit.

DIE IOVIS


In Germaniam nivalis procella saeva veniet. In Aegypto de caelo ranae cadent; Romae caelum serenum totum diem erit.

DIE VENERIS

In Graeciam Iuppiter fulgura permulta mittet; In Aegypto muscae de caelo impetum in omnes homines facturae sunt; Romae caelum serenum totum diem erit.

DIE SATURNI

In Bohemia currus de caelo cadent; in Aegyptum grandines



venient; Romae caelum serenum totum diem erit.

DIE SOLIS

In Hispania tanti calores erunt, ut columbae iam frictae in ora volent. In Aegypto locustae ubique erunt neque sol per tres

dies apparebit. Romae caelum serenum totum diem erit.

Diebus insequentibus caelum nubibus sive erit sive non erit opertum. Verisimiliter pluet, sed fieri potest, ut non pluat.

Gradus Celsius (qui nondum natus est) erunt inter V et XXXV. Romae caelum serenum per omnes dies erit. (-poly-)

NVNTHI DE CERTAMINIBVS LVDICRIS

Disciplina gladiatoria:

Carpophorus x Crixus (Crixus obruncatus est)
Flamma x Spiculus (Flamma extinctus est)
Tetraites x Prudes (Tetraites tantum vulneratus est)



Adnotatio: in apodyterio palaestrae Nuntini liberti aliquis strophium reliquit (ecce imaginem). Si quis aut quae eo eget, veniat! (-poly-)

Disciplina gladiatoria feminarum in luto:

Mevia x Bellicina (tam multum luti in palaestra fuit, ut Mevia quasi in luto evanuerit)


Certamen aurigarum:

Cursus primus – victor: Flavius Scorpus (Rubri)
Cursus secundus – victor: Gaius Appuleius Diocles (Virides)
Cursus tertius – victor: Flavius Scorpus (Rubri)
Cursus quartus – victor: Florus (Albi)
Omnes cursus ceteri denegati sunt, nam caesari ita placuit (odoris equorum et aurigarum eum taedebat)

Certamina athletarum – greges populorum:

Romani x Graeci NIHIL : VII
Germani x Galli XXIII : XXI
Hispani x Lusitani II : II
Parthi x Hiberni (non convenerunt)
Karthaginienses x Numidae XXXVIII : LCCII

COQVIMVS CVM COLVMELLA



Alaudas M cape.
Linguae exseca et sepone.
Alaudas abice.
Linguae pone in vase cum oleo et cito frige.
Traice eas ad patellam calidam.
Talis cibus quattuor hominibus sufficit.
Bene sapiat! (-nympha-)

EMAM / VENDAM

Vendam caligas alatas /Perseus/

Vendam duos equos lepidos Graecos, album et nigrum, nomina eorum sunt Aristoteles et Thales. Cum ornatu, sine habenis /M. Equinatus Furcifer/

Vendam uxorem et **emam** amicam /P. Lascivius Nebulo/

Vendam maritum et **emam** gladiatorem /Vipsania Fixa/


Emam libertatem /Davus servus/

Emam insequentes lutores pediludii: defensorem, oppugnatorem et portarium (oportet brachia longa habeat) /Grex: Latium Roma/

Emam aliquid quod nemo habet /Poeta sempiternus/

LOREM IPSVM

dolor sit amet, consectetur adipiscing elit, sed diam nonummy nibh euismod tincidunt ut laoreet dolore magna aliquam erat volutpat.



PRAECONIA VARIA PERSONALIA

Is quaerit eam:
Adulescens XXII annorum amans rura et pascua quaerit puellam ex omnibus totius mundi pulcherrimam. Signum: Donum Veneris

Ea quaerit eum:
Mulier optimae aetatis suique iuris quaerit lepusculum ad itinera communia suscipienda. Signum: Nec maritus, nec pater sciet!

Ea quaerit eam:
Poetria desolata, Camena vero decima, quaerit amicam, quacum carmina legat tenera ac delicata atque pulcherrima arcana rerum naturae reperiat. Signum: Suaviter amara


Is quaerit eum:
Fortissimus omnium ante Troiam Graecorum validissimusque heros quaerit socium, cuius eum non taedat sicut feminarum. Signum: Et arma mea libens mutua tibi dabo

Grex diurnariorum:

Actuarius princeps: Tiberius Claudius Epaphroditus (-aphr-), Cultus atque humanitas: Ofonius Tigellinus (-tig-)

Certamina et ludi: Polyclitus (-poly-), Varia: Gaius Nymphidius Sabinus (-nympha-)

© Domus editoria aurea



Nomen: _____

RESPONDETE AD INTERROGATA / ODPOVĚZTE NA OTÁZKY

I. Jak zní název novin v češtině?

II. Noviny jsou z 12. dubna kterého roku?

III. Přiřaďte latinské ekvivalenty k českým názvům dnů (zapište příslušné písmeno do rámečku). Napište, podle kterého boha (které bohyně) byly dny v latině pojmenovány a jak zní řecká varianta jeho (jejího) jména:

podle boha (bohyně): řecká varianta jména:

- | | | | | | |
|--------------------------|---------|-------|-------|---|----------------------|
| <input type="checkbox"/> | pondělí | _____ | _____ | A | <i>dies Saturni</i> |
| <input type="checkbox"/> | úterý | _____ | _____ | B | <i>dies Lunae</i> |
| <input type="checkbox"/> | středa | _____ | _____ | C | <i>dies Veneris</i> |
| <input type="checkbox"/> | čtvrtek | _____ | _____ | D | <i>dies Mercurii</i> |
| <input type="checkbox"/> | pátek | _____ | _____ | E | <i>dies Solis</i> |
| <input type="checkbox"/> | sobota | _____ | _____ | F | <i>dies Martis</i> |
| <input type="checkbox"/> | neděle | _____ | _____ | G | <i>dies Iovis</i> |

IV. Který císař právě vládne římskému imperiu?

V. Jak zemřel Seneca?

VI. Kolika let se Seneca dožil?

VII. U Senekova nekrologu chybí jeho portrét. Vyberte z následující nabídky ten správný:



VIII. Čím byl Seneca ve vztahu k císaři?

IX. Kdo vyhrál zápas v bahně?

X. Na které pozice hledá hráče fotbalový tým Latium Roma?

XI. Zapište ve slovníkovém znění latinská slova pro následující barvy:

červená

zelená

bílá

zlatá

žlutá

černá

XII. Bohyně Ceres, na jejíž počest se konají slavnosti *Ludi Cereris*, je římským protějškem řecké bohyně _____, jejíž dceru _____ unesl bůh

_____.

XIII. Pokud se chcete zúčastnit Cereřiny slavnosti, co si s sebou musíte vzít? Napište česky.

XIV. Budete potřebovat deštník, pokud se budete chtít Cereřina procesí zúčastnit? (Zdůvodněte.)

XV. Kdy a kde má podle předpovědi sněžit?

XVI. Přeložte do češtiny předpověď počasí na sobotu.

NB: V předpovědích počasí se používá budoucí čas!

XVII. Přeložte do latiny chybějící část předpovědi počasí na dnešní den:

Odpoledne bude v Británii pršet.

XVIII. Co čeká berany dle horoskopu? Přeložte do češtiny.

XIX. Co čeká panny dle horoskopu? Přeložte do češtiny.

XX. O kterých tajemných mytologických postavách se píše v rubrice „Zajímavosti ze světa“?

Vybírejte z následujících jmen: *Iásón – Narkissos – Polyfémos – Léda – Dafné – Médeia.*

puella Delphis:

Spartae puella:

vir ingens:

filia regis et amasius eius:

adulescens, qui in silvis evanuit:

XXI. Co konkrétně uvidí na talíři vaši hosté, pokud jim uvaříte večeři dle Columellova receptu?

XXII. Na mapě vyznačte jednotlivé zastávky na císařově uměleckém turné.



XXIII. Který druh umělecké produkce má císař na programu:

v Římě?

v Alexandrii?

v Neapoli?

v Karthágu?

v Athénách?

XXIV. Napište jméno ženy, kterou hledá autor prvního inzerátu v „Seznamce“:

XXV. Přeložte do latiny následující nadpisy a přiřadte je na správná místa v rubrice „Seznamka“:

Ona hledá jeho – Ona hledá ji – On hledá ji – On hledá jeho

A


Γ

B

Δ

Nunc, Mnesiloche, specimen specitur, nunc certamen cernitur.

- Plautus -



Nomen: _____

RESPONDETE AD INTERROGATA

I. Jak zní název novin v češtině?

II. Za předpokladu, že jsou noviny dnešní, jaké je dnes přesné datum (den, měsíc, rok)?

III. Který císař právě vládne římskému imperiu?

IV. Kterými slovy reagoval císař na zprávu o Senekově smrti?

latinsky:

česky:

V. Přeložte následující část Senekova nekrologu do češtiny:

Natus inter Hispanos Romae primum munere oratoris atque advocati fungebatur. Anno DCCXCIV a.V.c. propter causas quasdam ignotas in exilium in Corsicam expulsus est. Quod aegre tulit. Post reditum magno cum gaudio magister caesaris nostri optimi factus est.

VI. U Senecova nekrologu chybí jeho portrét. Vyberte z následující nabídky ten správný:



VII. Co Seneca odkázal své manželce a příbuzným?

VIII. O kterých Senecových literárních dílech se zmiňuje jeho nekrolog?

IX. Kdo vyhrál zápas v bahně?

X. Co se stalo s tím, kdo zápas v bahně prohrál?

XI. Dva atletické týmy se na závody nedostavily z důvodu velké geografické vzdálenosti jejich domoviny od Říma. **Které týmy to byly a na území kterých dnešních států se rozkládala jejich vlast?**

tým

dnešní stát

XII. V této době byly velmi oblíbené závody koňských spřežení. Často se konalo i 24 závodů během jediného dne. **Včera se ovšem konaly pouze 4 závody! Proč?**

XIII. Bohyně Ceres, na jejíž počest se konají slavnosti *Ludi Cereris*, je římským protějškem řecké bohyně _____, jejíž dceru _____ unesl bůh _____.

V římské verzi mýtu se její dcera jmenuje _____ a bůh, který ji unesl, se jmenuje _____.

XIV. Výstavba císařova domu probíhá skvěle, vše jde podle plánu, nebo dokonce ještě lépe! **Přece však při ní došlo k jedné nemilé události. Napište co nejpřesněji, co se stalo.**

XV. V kolik hodin vyjde slavnostní procesí směrem k Circu Maximu?

(Zapište ve 24h formátu, např. „v 19h“.)

XVI. Kolik dní budou trvat slavnosti na počest bohyně Ceres?

XVII. Budete potřebovat deštník, pokud se budete chtít Cereřina procesí zúčastnit? (Zdůvodněte.)

XVIII. Jaké počasí bude v sobotu? (Přeložte do češtiny.)

XIX. Kdy a kde má podle předpovědi sněžit?



XX. Přeložte do latiny předpověď počasí na dnešní den:

Nápověda: zemětřesení = *terrae motus*

Dopoledne bude zemětřesení v Kampánii. Odpoledne bude pršet v Británii. V Egyptě se všechna voda změní na krev. V Římě bude celý den jasno.



XXI. Kdyby si Senekova manželka včas přečetla horoskop, mohla svého muže zachránit. Možná. Ve kterém znamení se Seneca narodil?



XXII. Sám císař se narodil ve znamení střelce. Přeložte do češtiny jeho dnešní horoskop.



XXIII. Přeložte do latiny, co dnes čeká býky:

Nápověda: přát někomu = *favēre*

Býci se dobře najedí, dobře vyspí a budou se mít dobře, protože jim Mars přeje.

XXIV. O kterých tajemných mytologických postavách se píše v rubrice „Zajímavosti ze světa“?

puella Delphis:

Spartae puella:

vir ingens:

filia regis et amasius eius:

adulescens, qui in silvis evanuit:

XXV. Na mapě vyznačte jednotlivé zastávky na císařově uměleckém turné.



XXVI. Který druh umělecké produkce má císař na programu, a kdy má vystupovat:

	druh produkce (česky)	datum (ve formátu 31. 12.)
v Římě?	<input type="text"/>	<input type="text"/>
v Neapoli?	<input type="text"/>	<input type="text"/>
v Athénách?	<input type="text"/>	<input type="text"/>
v Alexandrii?	<input type="text"/>	<input type="text"/>
v Karthágu?	<input type="text"/>	<input type="text"/>

XXVII. Napište jméno muže, který hledá partnerku na inzerát.

XXVIII. Úlohou médií je podávat informace pokud možno objektivně a nestranně. Zdá se však, že tento plátek je pod silným vlivem svého vlastníka. **Kdo nejspíše *Ius aureum* vlastní?**

XXIX. Na které pozice hledá hráče hledá fotbalový tým?

XXX. Kdo je autorem recenzované knihy?

Nunc, Mnesiloche, specimen specitur, nunc certamen cernitur.

- Plautus -